

1321

D O G M A T I C I.

1322

D. Joannes Cochleus Venerabili Viro Joanni Kos Sacre Script. licenciato Predicatori Lipsiæ, Salutem plurimam dicit. Quoniam quidem nos igitur gratia divina opitulante maledictum istum Lutherum conculcauimus, ut nobis amplius nec potest, nec vult respondere &c. Laudat Cochleus personatus methodum suam in exponendis Scripturae S. Locis, maxime, quod e loco Jeremiae: *Constitui te super gentes* &c. eruerit, Ecclesiam esse super verbum Dei, quam *glosam*, ut ait, *omnes Lutherani in vno cumulo et omnibus brillis super nasum positae non possent vidisse*. Finit: *et mihi quasi per omnia similis estis, quod vix puto excellentissimum Dn. doctorem Joannem Fabrum tam similem mihi esse in hac arte. Valete et quod facitis, facite. Nunc autem ipsum Sermonem videamus*. Ut vero haec Epistola non ultimum e Schola Obscurorum Virorum discipulum probat, ita Sermo ipse ne quidem ulli Protestantium, cui Verbum Dei sacrum erat, adridere potuit; irreligiosissimus enim per totum cento biblicus est, hoc initio: *Ex nihilo nihil fit, Fratres, nolumus enim vos ignorare de verbo, quod abbreviatum est, Vobis licet pigrum, mihi autem necessario, ait enim scriptura, quid superbis terra et cinis? Sed nihil mihi conscius sum, et quod nihil habet, nihil dat.* &c. Et infra: *Transiens autem primam et secundam custodiam venerunt duæ mulieres meretrices ad Regem Salomonem, et*

interrogauerunt eum, Tu quis es? Et accusauerunt eum in multis, maxime autem et domesticos fidei; Videns autem quia placeret Judaeis, ascendens in arborem Sycomorum, et cum coepisset mergi, clamabat dicens, Domine saluum fac Regem — Sed manum retrahit, nam et obscena intorquet profanus Confarcinator.

CCCXXXIX.

Codex membraneus lat. Sec. ²⁶⁸ XV. Folior. 118. f. eleganter scriptus, rubricisque decoratus continet Scripta in causa Assertionum Johannis de Poly sive Poliaci Doctoris Theologi Parisini et celebris Ecclesiastae Sec. XIV. et quidem I. *Judicium Fratris Petri de palude* (de la Palu) ordinis fratrum predicatorum Magistri in Theologia contra Magistrum Johannem de poliaco doctorem in Theologia super articulis qui secuntur. *Judicium hoc, quo singulis XIII. Johannis assertionibus sua subjecta est refutatio, Cod. DL. indicatum est, fontesque ostensi, qui de hac controversia, conflictuque Jurisdictionis inter Clerum secularem et regularem pertractant, quibus hic Nat. Alexandrum Hist. Eccl. T. VII. Paris. 1699. p. 96. f. addo. Initium est: Primus articulus est, quod Episcopi qui succedunt apostolis et curati discipulis succedentes, totam auctoritatem suam et potestatem, eque et immediate habent a christo sicut et dominus papa &c. Finis: potestate clauium nullatenus*

nullatenus diminuta nec aliquo modo inmutata.

II. fol. 12. p. 2. *Responsio Magistri Johannis de Poly ad praedicta.* Haec quoque continetur in *Cod. suprac.* sed non nisi ad Articulum XI. pertingens; hic vero habetur integra hoc initio: *Coram uobis Reuerendis in christo patribus. Ego Johannes de poly sacre scripture doctor. protestor expresse me uelle loqui cum communi reuerentia et obedientia sedis apostolice &c.* Et fine: *ex quibus patet eorum articulos nichil contra me concludere.*

III. fol. 17. *Conclusio fratris Petri de palude contra responsionem datam per Magistrum Johannem de poly.* Super scriptum eadem manu: *Conuincat eos daniel ex ore suo falsum dixisse.* Initium: *Omnes articuli et singuli contra Magistrum Johannem de poly. ex officio domini nostri propositi &c.* Finis: *postea fuerunt de illis septem in diaconos ordinati, Actuum sexto capitulo.* Subiectum: *De ore tuo te iudico.*

IV. fol. 36. *De causa immediata potestatis ecclesiasticae in prelati.* Tractatus ejusdem Paludani, qui incipit: *Circa potestatem a christo collatam prelati ecclesie. sex per ordinem sunt uidenda. Primo de petri potestate, Secundo de potestate apostolorum, Tertio de potestate discipulorum, Quarto de potestate pape, Quinto de potestate Episcoporum, Sexto de potestate curatorum &c.* Extat Tractatus hic impressus *Parisiis*, teste

Quetifio in Scriptt. O. P. T. I. p. 607. anno 1506. 4. et passim in Mss.

V. fol. 101. *Responsiones fratris petri de palude ad ea que sibi imposuit Magister Johannes de pollbiaco dum ad obiecta sibi ab alijs Idem Magister iohannes in confessorio (Auenione) responderet, quas frater petrus uestre Sanctitati (Johanni XXII) exhibet iudicandas condempnando corrigendo uel etiam approbando sicut misericors et iusta uestra prudentia decreuerit faciendum.* Initium: *Primus articulus contentus in responsione Magistri iohannis ad tertium articulum &c.* Finis: *dum modo per augustinum fieret quod per se minus posse fieri reputabat.* Disputationes ab utraque parte longius extractae plerumque in subtiles dictorum interpretationes et lites de nominibus evanescent, quod et hic accidit. Superarunt tamen et hunc assultum *Mendicantes*, Johannesque receptui cecinit.

VI. fol. 111. p. 2. *Epilogus tractatus de causa immediata ecclesiasticae potestatis.* Est conspectus Operis N°. IV. adducti in suas *Conclusiones principales et incidentales* distributi, ex cujus compage *Petrum* methodi Scholasticae heroem cognoscas. Cum porro *Quetifus* T. II. p. 820. excepto hoc Opere reliqua hic recensita nonnisi ex praesenti *Cod.* nota habuerit, patet ea rarissima esse, neque unquam lucem aspexisse, licet *Quaestionem de Potestate Pontificis et Episcoporum,*

1325

D O G M A T I C I

1326

rum, universaque Jurisdictione ecclesiastica agitantibus magno usui esse possint.

CCCXL.

431 Codex membraneus lat. Sec. XV. Foliorum, quorum multa vacant, 204. 4. caractere nitido, et frontibus Opusculorum picturatis, continet: I. *Magistri Stanislai de Znoyma* Univerfit. Pragenae Prof. de quo diximus saepius Tractatum Theol. *de Peccato et Gratia*, qui incipit: *Cum sit necessarium deplangere et odire, persequi et detestari crimina, quibus anima mortificatur &c.* et finit: *Hec ad presens sint collecta de peccato et gratia in generali. Deo gratias amen. Explicit hic tractatus de peccato et gratia Ma-*

*Explicit hoc verum conculcans symonis clerum
Cunctos cum papis monachis ceterisque prelati.*

III. fol. 133. absque titulo ejusdem *Wiclefi Speculum militantis Ecclesiae*, citatum a Bibliographis supradictis. Initium ejus est: *Cum idemptitas sit mater fastidij &c.* Finis: *ut veritati fructuose consentiat in hac parte.* Redibit saepius, alio nomine *Dialogus.*

IV. fol. 157. p. 2. absque titulo Ejusdem, ut non dubito, *Responsio ad XLIV.* Quaestiones hoc initio: *Quidam doctor utinam veritatis nititur impugnare sententiam quam sacerdotes fideles predicant tamquam fidem nec est illis vis quod vocentur a satrapis*

gistri Stanislai labore editus sacre Theologie professoris Anno domini, MCCCCX°. Fol. 73. sequitur Adpendicula de Homine in Statu Innocentiae.

II. fol. 83. et deinceps varia *Job. Wiclefi* Scripta sequuntur, quae mireris ab eadem manu in eodem Codice cum *Stanislao* praecedente conjuncta fuisse. Primum est *de Symonia*, et nobis incipit: *Sententia tractatus de symonia capitulariter sic habetur. Capitulum primum declarando tres modos heresis ostendit &c.* *Balaeus* et *Tannerus* aliud initium statuunt: *Heu magni Sacerdotes in tenebris &c.* Sed istud fortasse *Prologi* sit, qui a Codice nostro abest. Finit *Noster: Ad quod ipse moveat qui super totam ecclesiam semper regnat.* Addidit infelix *Metrificus:*

ydiothe &c. *Secunda Quaestio* versatur circa potestatem sacerdotalem et regalem in Jesu Christo unitam et summo pontifici et imperatori diuifim diuinitus commissam. *Tertia* circa derivationem omnium legum ab hac duplici potestate &c. *Ultima Quaestio* seu verius *Thesis* est: *Quicumque opposita premissarum questionum contra Romanam ecclesiam pertinaciter asserit seu defendit semet ipsum excommunicatum et hereticum euidenter ostendit.* Finis: *et patris mandatij nequitia dominetur.* Pluribus hoc Scriptum indicavi, cum e *Balei*, *Whartoni*, *Fabricii*,